



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 37. Aurelia ab Anglis obsessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Ne vero præcipuos bellici furoris even-
tus omnino intactos relinquamus, inter
celebriora postremis hisce duobus annis
edita belligerantium specimina recenferi
merentur Montargium ab obsidione An-
glorum liberatum, & Cenomanum a Gal-
lis captum, quod olim Angli occasione
dissensionum, quibus Francia scindeba-
tur, expugnarunt. Parta hac victoria
Caroli VII. rebus benignior fortuna ad-
spirare videbatur.

Sæcul. XV.

A. C. 1428.

§. XXXVII.

Aurelia ab Anglis obsessa.

Verum longe gravioribus curis Fran-
ciam occupabat Aureliæ obsidio.
Comes enim Saresberiensis accitis ex An-
glia militum supplementis, & constructis,
qua parte Belsiam, Soloniamque spectant,
pluribus propugnaculis, Aureliam die duo-
decima Octobris Anno salutis quadrin-
gentesimo vigesimo octavo supra millesi-
mum obsidione cinxit; prius vero non
modo Belsiam; sed cetera quoque ex-
pugnavit propugnacula, quæ extensione
sua duodecim aut ferme quindecim leu-
carum spacium emetiuntur, ac secus Li-
gerim jacent. Interea dum hæc Aure-
liæ aguntur, Burgundiæ Dux Belgico ad-
versus Jacobinam Bavaram bello occupa-
batur, quod etiam adeo prospero Marte

*Daniel. hist.
Carol. VII.*

Secul. XV.
A. C. 1428.

gessit, ut illa Gandavi arcte cincta atque inclusa Burgundum omnium suarum ditionum hæredem scribere compelleretur, quo impetrato Dux Hollandiam, Seelandiam, & Frisiam Comitatus Flandriæ & Arthesiæ adjunxit; cumque Theodoricus Comes Namurcensem, & Zytphaniensem Comitatus, reservato sibi ad dies vitæ usufructu vendidisset, eo mortuo, paulo post eodem adhuc anno has quoque ditiones acquisivit. Præterea elapso biennio eidem Duci obvenerant Ducatus Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi, nec non S. Imperii Marchionatus, & Dynastia Antwerpiensis; obiit enim duobus abhinc annis nimirum millesimo quadringentesimo vigesimo sexto Patruelis ejus, Philippus Burgundiæ Dux Antonii filius secundo genitus, qui Joanni fratri suo natu majori Jacobinæ Marito successerat. Hisce Provinciis auctus Burgundiæ Dux ineunte sequenti anno Lutetiam Parisiorum venit, Bedfordiæ Ducem invisurus.

§. XXXVIII.

Cardinalis de Fuxo Roma in Hispaniam redux.

Mariana
l. 21. c. 2.

Die vigesima octava Januarii Anno Christi millesimo quadringentesimo vigesimo octavo Cardinalis de Fuxo Roma profectus est, in Hispaniam terrestri itinere